

www.e-rara.ch

**Brevis methodus, psalmos & cantica ad invitatorium, laudes, horas,
vesperas et completorium iuxta ...**

Kaiser, Joseph

Constantiae, 1800

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Ro 135

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24417>

Ad nonam.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Omnem viam iniquam odio habui.

Viam iniquam odio habeamus; ipsum enim odium iniquitatis est quædam directio ad æquitatem. S. Amb.

Ad Nonam.

9. *Parens, qui filii jacentis misere-
tur, & eum erigit.*

129. **M**irabilia testimonia tua *

Ideo scrutata est ea anima mea.

Aviditate quotidie scrutantes scripturas. Mirabile enim est, quia facit, ut inimici diligantur, & bona pro malis reddantur & similia. S. Amb.

130. *Declaratio sermonum tuorum illuminat **

*Et intellectum dat
parvulis.*

131. *Os meum aperi
rui & attraxi spiri
tum **

*Quia mandata tua
desiderabam.*

132. *Aspice in me
& miserere mei **

*Secundum iudicium
diligentium nomen
tuum.*

Efficiamur sicut
parvuli. Jesus enim
abscondit intelle-
ctum scripturarum
a prudentibus & sa-
pientibus.

Desideremus man-
data Dei, repleti
enim spiritu sancto
loquamur verbum
Dei in fiducia.

Diligamus nomen
Domini; propter no-
men suum propitia-
bitur peccatis no-
stris.

133. *Gressus meos
dirige secundum elo-
quium tuum **

*Et n. n. dominetur
mei omnis injustitia.*

134. *Redime me a
calumniis hominum **

*Ut custodiam man-
data tua.*

135. *Faciem tuam
illumina super servum
tuum **

*Et doce me justifi-
cationes tuas.*

Affectiones nostras
dirigamus secundum
legem charitatis.
Quanto enim magis
dominatur charitas,
tanto minus in nobis
regnat iniquitas. S.
Amb.

Oremus pro ca-
lumniantibus nos, &
sequamur vestigia
eius, qui pro inimicis
suis patris implora-
ravit clementiam.

Omnes simus do-
ciles Dei; omnis

136. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei **

Quia non custodierunt legem tuam.

137. *Iustus es Domine **

Et rectum iudicium tuum.

enim, qui audivit a Deo patre, & didicit, venit ad Dei filium.

Lacrymis stratum nostrum rigemus; sicut Magdalena lacrymis rigavit pedes Jesu, & propria deploravit delicta; lugentes autem deploremus & aliena peccata, sicut Jesus flevit super civitatem Jerusalem.

Iustum Deum prædicemus; hoc sentiat cæger in dolore, reus in iudicio, captivus in laqueo.

138. *Mandasti iustitiam testimonia tua**

Et veritatem tuam nimis.

Sequamur mandata Dei; nimia enim Dei veritas plena laudis, & nimium mandare providentiæ divinæ atque cautelæ est. S. Amb.

139. *Tabescere me fecit zelus meus**

Quia obliti sunt verba tua inimici mei.

Zelemus super iniquos; nemo enim gravior hostis omnium, quam qui omnium lædit auctorem. S. Amb.

140. *Ignitum eloquium tuum vehementer**

Et servus tuus dilexit illud.

Ignem misit Dominus in terram, & quid voluit, nisi ut accendatur. Nonne & cor nostrum at-

141. *Adolescentulus sum ego & contemptus **

Justificationes tuas non sum oblitus.

142. *Justitia tua, justitia in æternum **
Et lex tua veritas.

143. *Tribulatio & angustia invenerunt me **

Mandata tua meditatio mea est.

dens erat, dum Christus aperuit nobis scripturas ?

Ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, ut confundat fortia;

Ideo justificationes ejus non obliviscamur.

Faciamus opera justitiæ; justi enim in perpetuum vivent.

Meditemur mandata Dei; nam justorum animæ in manu Dei sunt, &

non tanget illos tormentum mortis.

144. *Æquitas testimonia tua in æternum **

*Intellectum da mihi
& vivam.*

145. *Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine **

*Justificationes tuas
requiram.*

Servemus testimonia Dei in æquitate; tunc enim dicet nobis Jesus: hoc fac, & vives.

10. *Salvator,*
*qui fatigatos nos pugnae
periculis eripiat.*

Clamemus in spiritu adoptionis: Abba, pater! & ipse spiritus Dei clamat in nobis.

Sed non satis est clamare, etiam justitias Dei exquiramus; exquirat autem justitias, qui omnia pro-

146. *Clamavi ad te,
salvum me fac **
*Ut custodiam man-
data tua.*

147. *Præveni in
maturitate & clama-
vi **

*Quia in verba tua
super speravi.*

148. *Præven-
erunt oculi mei ad te dilu-
culo **

videntiæ divinæ ad-
scribit. S. Amb.

Clamemus gemitibus inenarrabilibus: salva nos! perimus. Verum non clamor, sed amor cantat in aure Dei.

Ante præscriptum tempus clamemus multo magis, sicut cæcus in via, sed & spem spei adjungamus.

Ut

Sur-

*Ut meditarer elo-
quia tua.*

149. *Vocem meam
audi secundum miseri-
cordiam tuam Domi-
ne **

*Et secundum judi-
cium tuum vivifica me.*

150. *Appropinqua-
verunt persequentes me
iniquitati **

Surgamus, qui dormimus, & exurgamus a mortuis, & illuminabit nos Christus. Qui vigilant ad me, dicit, invenient me.

Secundum misericordiam divinam, & non secundum merita nostra voce cordis Deum rogemus. Rara enim virtus, multa autem peccata. S. Amb.

Etiam si appropinquant super nos nocentes, ut edant carnes nostras,

*A lege autem tua
longe facti sunt.*

151. *Prope es tu
Domine **

*Et omnes vice tuæ
veritas.*

152. *Initio cogno-
vi de testimoniis tuis **

*Quia in æternum
fundasti ea.*

Non tamen elon-
gemus nos a Deo,
qui enim elongant se
a Deo, peribunt.

Deum ubique co-
gnoscamus ; non
enim longe est ab
unoquoque, prope
est omnibus invoca-
tionibus nostris.

Fidem nostram æ-
dificemus supra fun-
damentum Apосто-
lorum & Prophetarum
ipso summo an-
gulari lapide Christo
Jesu; portæ enim in-
feri non prævelebunt
adversus eam.

153. *Vide humilitatem meam & eripe me**
Quia legem tuam non sum oblitus.

154. *Judica judicium meum & redime me**

Propter eloquium tuum vivifica me.

155. *Longe a peccatoribus salus**

Quia justificationes tuas non exquisierunt.

De profundis clamemus ad Dominum; & ipse redimet nos ex omnibus iniquitatibus nostris.

Non secundum faciem judicemus; ipse enim Deus judicat orbem terræ in æquitate & populos in justitia.

Sinite nos implere omnem justitiam; qui enim eramus longe, facti sumus prope in sanguine Christi.

156. *Misericordiæ
tuæ multæ Domine **
*Secundum iudicium
tuum vivifica me.*

157. *Multi, qui per-
sequuntur me, & tri-
bulant me **

*A Testimoniis tuis
non declinavi.*

158. *Vidi præva-
ricantes & tabesce-
bam **

*Quia eloquia tua
non custodierunt.*

Etsi longe a pec-
catoribus salus, ta-
men non despere-
mus, dixit enim Je-
sus: dimittam ei, qui
in me peccaverit, us-
que septuagies sep-
ties.

Per multas tribu-
lationes oportet nos
introire in regnum
Dei.

Verum aquæ mul-
tæ non extinguant
nostram charitatem.

Non satis nobis sit
nos esse bonos, verum
cupiamus alios esse

159. *Vide, quoniam
mandata tua dilexi
Domine**

*In misericordia tua
vivifica me.*

160. *Principium
verborum tuorum ve-
ritas **

*In æternum omnia
judicia justitiæ tuæ.*

161. *P* *incipes per-
secuti sunt me gratis **

bonos. Ideo doleamus, si multi confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

Diligamus mandata Dei; charitas enim operit multitudinem peccatorum.

Quia statutum est omnibus hominibus semel mori & post hoc judicium;

Ideo nos ad judicium præparemus.

11. *Aganotheta,
qui viatores & trium-
phatores coronet.*

Et a verbis tuis formidavit cor meum.

162. *Lætabor ego super eloquia tua**

Sicut qui invenit spolia multa.

163. *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum**

Induamus nos armaturam Dei, ut possimus stare adversus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio adversus carnem, & sanguinem: sed adversus principes & potestates, adversus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitiae, in caelestibus.

Lætetur super eloquia Dei,

Sicut exultant victores capta praeda, quando dividunt spolia. Isai. 9. 3.

Fugiamus iniqui-

*Legem autem tuam
dilexi.*

164. *Septies in die
laudem dixi tibi **

*Super iudicia iusti-
tiae tuae.*

165. *Pax multa di-
ligentibus legem
tuam **

*Et non est illis scan-
dalum.*

166. *Expectabam
salutare tuum Domi-
ne **

tatem, ne nos com-
prehendat iniquitas.

Sed nemo fugit
iniquitatem, nisi qui
diligit æquitatem.

S. Amb.

Septies dicamus
laudem Deo nostro.

Septies seu sæpius
etiam cadit in die ju-
stus.

Justificati ex fide
pacem habeamus ad
Deum; non autem
est pax impiis. Quis
enim restitit ei, & pa-
cem habuit?

Expectemus salu-
tem a Domino, qui
diligimus eum:

Et mandata tua dilexi.

167. *Custodivit anima mea testimonia tua **

Et dilexit ea vehementer.

168. *Servavi mandata tua & testimonia tua **

Quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Qui enim diligit, facit, & qui fecerit, dilectionis remuneratione delectatur. S. Amb.

Plus diligamus legem, quam custodiamus; quia custodire necessitatis est vel timoris, diligere vero charitatis. Qui enim nimium diligit, nimium custodit. S. Amb.

Sint oculi nostri semper ad Dominum. In cujus enim conspectu Deus non

est, inquinatæ sunt
viæ illius in omni
tempore.

169. *Appropinquet
deprecatio mea in con-
spectu tuo Domine **

*Juxta eloquium
tuum da mihi intel-
lectum.*

170. *Intret postula-
tio mea in conspectu
tuo **

*Secundum eloquium
tuum.*

Appropinquemus
Deo, & appropin-
quabit nobis dando
intellectum secun-
dum verbum suum,
& non secundum
prudentiam hujus
tæculi.

Pulsemus januam
coelestem, ut aperia-
tur; Christus autem
est janua, per quam,
si quis introierit, sal-
vabitur.

171. *Eruſtabunt
labia mea hymnum**

*Cum docueris me
juſtificationes tuas.*

172. *Pronunciabit
lingua mea eloquium
tuum**

*Quia omnia man-
data tua æquitas.*

173. *Fiat manus
tua, ut ſalvet me**

*Quoniam mandata
tua elegi.*

Discamus juſtifica-
tiones Dei. Quomo-
do enim cantabimus
canticum Domini in
terra aliena?

Os noſtrum loquatur
verba & opera Dei; qui
enim loquitur opera
hominum, verbum
otioſum loquitur;

De omni autem
verbo otioſo, quod
locuti fuerint homi-
nes, reddent ratio-
nem.

Eligamus manda-
ta Dei, & Deus mit-
tet angelos ſuos ad

174. *Concupivi salutare tuum Domine*
Et lex tua meditatio mea est.*

175. *Vivet anima mea & laudabit te*
Et iudicia tua adjuvabunt me.*

176. *Erravi sicut ovis, quæ periit**

Quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

liberandum populum suum.

Meditemur legem divinam, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt in deserto.

Vita nostra laudet Dominum; anima enim, quæ peccaverit, morietur.

Surgamus & eamus ad patrem & dicamus ei:

Pater! peccavi in coelum & coram te!
Ecce veniet, & quæ-